



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 18. Duacensis Universitatis testimonium præclarum de acceptata
Constitutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. vacante Sede Yprensi & Brugensi V.
A. C. 1715. carii Generales, necnon Petrus G.
 varts Boscodunensis Vicarius, Amu
 tus Vicarius Mechliniensis & F. Ang
 lus Comes d'Ongyes Ruremundenis
 & Gandavensis, atque Petrus Josephu
 Antverpiensis, Joannes Ernestus Co
 mes de Löwenstein Tornacensis, Fra
 ciscus de Valbella Audomaropolitano
 Episcopi per specialia mandata Con
 stitutionem in suis Diæcesibus accepta
 curarunt.

Præter hos insuper in Galliis ce
 tum octodecim Archipræfules [& Ep
 scopi priori & hoc anno Constitutione
 se acceptasse & promulgasse, palau
 testabantur, atque inter eos præcipu
 Franciscus Lugdunensis Archiepiscopo
 die vigesima nona Aprilis ob præstata
 hanc obedientiam a summo Pontifice
 promeritis laudibus commendabatur
 impense etiam admonitus, ut Janie
 nianæ hæresis mala germina succi
 scentia radicitus extirpare studeat.

§. XVIII.

Duacensis Universitatis testimonium de acceptata Constitutione.

Errores
Quesnell.
pag. 167.
Refut. du
Mem. part.
3. p. 150.

Jamjam die ultima Julii anni priori
 Facultas Theologica Duacensis pre
 acceptanda Constitutione sua habui
 comi

comitia, in quibus Doctores de su- Sæc. XVIII.
us G prema Pontificis auctoritate, de schis- A.C. 1715.
Am mate vitando, malisque inde orituris,
. Ang necnon de unionis necessitate, ac Con-
Adenit stitutionis robore ab explicationibus
osephu non dependente quamplurima eruditissime
us C disserebant, ac denique die tertia
, Fra Augusti palam prositebantur, se hanc
litati Constitutionem recipere pure. Simpli-
Conseptu „citer, sine ulla distinctione, expositio-
„ne, seu interpretatione, & cum plena
„ac sincera mentis adhæsione ad ea om-
„nia, quæ in illa definiuntur: se pro-
„inde unam & centum propositiones,
„sicut & opus, ex quo excerptæ sunt,
„sub iisdem censuris damnare. sub qui-
„bus in præfata Constitutione dam-
„nantur..”

„Se & reliquos fideles obligari in
„conscientia, & sub gravissimo schis-
„matis & hæresis peccato, ad hanc
„fidei confessionem..”

„Sibi persuasum esse, novam Con-
„stitutionem comparatam ad rerum
„Theologicarum peritos, ad humiles,
„ac obedientes Ecclesiæ filios non mi-
„nus esse claram, quam, quæ alias e-
„ditæ sunt aduersus Wicleffum, Joan-
„nem Huss, Lutherum, Bajum, Jan-
„senium, Molinos, & casuistas laxio-
„res, ac rigidiores &c. quam multi
„canones a conciliis generalibus con-
„diti.

Sæc. XVIII. „diti. Cæterum illam non minus ad
A. C. 1715. „ceptandam, et si respectu aliquorum
„privatorum, aliqualiter obscura fore
„quemadmodum Biblia vulgatæ ver-
„sionis ab omnibus recipiuntur, et si no-
„pauca in iis sint obscura: illos vero
„qui Constitutionem non nisi explica-
„tam recipere volunt, non ipsam Con-
„stitutionem, sed suas explicationes
„præconceptis opinionibus conforma-
„recipere, illos non obedire voci pa-
„storis, sed propriis placitis superbe-
„& pertinaciter inhærere; Lutheranos
„& Calvinistas etiam paratos recipere
„quasvis Constitutiones pontificias,
„ipsumque Concilium Tridentinum,
„sub explicationibus sibi placentibus.

„Suo ac evidenti constare judicio,
„quod Tridentinum non reliquerit Scho-
„lis Catholicis libertatem tuendi certas
„opiniones, aut certa systemata, ra-
„tione cuius Constitutiones dogmati-
„cæ, quæ iis Scholarum placitis vi-
„derentur contrariæ, respui possent,
„hanc cavillationem viam aperire in-
„novandis multis propositionibus dam-
„natis, quæ alias in Scholis defensæ
„sunt. „

„Se generatim rejicere omnes frau-
„des & cavillationes, quibus aliqui No-
„vatores vim præfatæ Constitutionis
„infringere conantur, ac simul vehe-
„men-

us ad
uorū
a fore
e ve
etsi no
vero
xplica
n Con
tione
form
ci p
perbe
erano
reciper
ficias
inum
ibus.
idicio,
Scho
certas
, ra
ginati
is vi
ffsent,
re in
dam
fensæ

frau
i No
tionis
vehe
,men
„mentissime hortari discipulos, ut ho- Sæc. XVIII.
„die præsertim caveant a lupis rapaci- A.C. 1715.
„bus ovina pelle indutis, ab homini-
„bus superbis habentibus speciem qui-
„dem pietatis, virtutem autem ejus ab-
„negantibus: ut identidem legant tra-
„ditionem perutilem Francisci Simo-
„nis de fraudibus hæreticorum, aut librum
„Gallicum ex priori excerptum, cui
„titulus: *Hæreticorum artes*: unde in-
„telligent antiquos hæreticos iisdem
„artibus usos, quibus moderni nova-
„tores utuntur,,

„Maxime mirum esse, quod ali-
„qui se Catholicos vocantes præfatas
„propositiones aut nolint anathemati-
„zare, aut ægre anathematizent, cum
„omnes fere, paucissimis exceptis, in
„antiquis & recentioribus prophana-
„rum novitatum authoribus a Conciliis
„generalibus, & summis Pontificibus
„sint prædamnatae.,,

„Se cum Christi gratia paratos mori
„pro æquitate, ac robore præfatæ Con-
„stitutionis, quam ad perpetuam &
„vegetam rei memoriam actis sacræ
„Facultatis inseri voluerunt ac juf-
„serunt. „

„Se nunquam passuros, ut ullus
„ad sacræ Facultatis gradus promovea-
„tur, qui vel leviter suspectus fuerit,
„de inobedientia erga sæpe dictam con-
„stitu-

Sæc. XVIII. stitutionem, aut qui circa illam in
A. C. 1715. terrogatus, tergiversatus fuerit, ve
„non responderit conformiter huic e
„jusdem Facultatis professioni. Actum
„esse de Episcopis, & universa Eccle
„siæ hierarchia, si concessa a Deo Se
„dis Apostolicæ jura non afferantur
„firmirer, ut probant luculentissima
„sed tristissima multorum Regnorum
„ac Provinciarum Orientis, & Occi
„dentis exempla, ubi Clerus contem
„pto illius Sedis primatu, & Prive
„giis in eo contentis, sine honore, sin
„jurisdictione, imo & sine bonis ad
„sustentationem decentem necessariis
„aut convenientibus, in pudendum
„& miserabilem potestatis laicæ servi
„tutem redactus est: illos hodie re ipsa
„efficacissime, & per cuniculos adver
„sari Sedis Apostolicæ principatui, qu
„quidem vacuum & inane primatum
„Pontificii vocabulum retinent, & præ
„dicant, sed solemnibus fidei decretis
„ex Petri cathedra manantibus perti
„naciter ob sistunt. „

Nec hac submissionis testificatione
contenti Theologi Duacenses, insuper
ex S. literis, summis Pontificibus
Conciliis, S. Patribus, aliisque Autho
ribus Ecclesiasticis demonstratum ibant
necessere esse, ut fideles cum D. Petro
eiusque Successoribus perpetuo con
sentiant.

sentient, nisi ab ovili Christi, ut oves Sæc. XVIII.
putridæ sejungi malint. Huic decla- A.C. 1715.
rationi Facultatis Decanus, viginti
novem Doctores, Licentiati ac Profes-
sores subscripsere.

§. XIX.

Lovaniensis Universitatis Vindiciae contra falsos rumores.

Cum vero Lovaniensis Universitas publicum ejusmodi acceptationis testimonium reddere tergiversaretur, mox turbidi Parisienses Theologi in vulgus sparsere, quod Lovanienses Constitutionem *Unigenitus* tanquam hæreticam atque impiam rejecerint. Id ubi resciverat Duacensis Universitas, de Lovaniensium honore sollicita mox die vigesima secunda Junii ad hanc Universitatem has dedit literas:

„Magno cum dolore intelleximus,
„idque ex certis documentis, quos-
„dam Sycophantas Parisiis, ac in tota
„Gallia sparsisse, vos constitutioni Apo-
„stolicæ *Unigenitus Dei Filius*, infenos
„esse, vos illam Constitutionem ut hæ-
„reticam ac impiam rejecisse, si qui in
„Galliae Regno, hac sycophantia com-
„moveri debuerunt, nos sane potissi-
„mum debuimus, qui Facultatem ve-
„stram ut Charissimam Matrem nostram
Hist. Eccles. Tom. LXIX. H „su-